



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari  
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1542**

**VD16 C 4714**

XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35748**

PRÆCIPVI.

XII.

De Confessione peccatorum docent, q̄ Absolutio priuata in Ecclesiis retinenda sit, quanq̄ in Confessione non sit necessaria delictorum enumeratio. Est enim impossibilis enumeratio omnium delictorum, iuxta illud. Delicta quis intelligit?

XIII.

De usu Sacramentorum docent, Sacramenta instituta esse, non modo ut sint notæ professionis inter homines, sed multo magis, ut sint signa & testimonia uoluntatis Dei erga nos, proposita ad excitandam & confirmandam fidem in his qui utuntur eis. Itaq; utendum est Sacramentis ita, ut accedat fides quæ credat promissionibus, quæ per Sacramenta exhibentur & ostenduntur. Hac fide accipimus promissam gratiam, quam Sacramenta significant, & spiritum sanctum.

Damnant igitur Pharisaicam opinionem, quæ obruit doctrinam de fide, nec docet fidem in usu sacramentorum requiri, quæ credat propter Christum nobis gratiam dari. Sed fingit homines iustos esse propter usum sacramentorum ex opere operato, & quidem sine bono motu utentium.

b v De